

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationum// Roberti Bel-/Iarmini Politiani,// Societatis
Iesv// De Controversiis// Christianae Fidei, Adver-/sus
huius temporis Haereticos,// Tomus ...**

De Sacramento Evcharistiæ - Sex Libris Explicata

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1589]

VD16 B 1603

X. Soluuntur argumenta contra Missas priuatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54113)

CAPV T DECIMV M.

Soluuntur argumenta contra Missas priuatas.

PRIMA obiectio Kemnitij in 2. parte Exam. pag. 862. (nam quæ ipse fabulatur de origine Missæ priuatae, quia nullo argumendo probauit, omitto) sumitur ex illis verbis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Iubet enim Christus, ut faciamus quod ipse fecit: ipse autem non solum consecrauit, sed etiam dedit Sacramentū iis, qui aderāt, manducandū; quare consecrate, & non distribuere, est ipsam Cœnam Domini prophanare.

RESPONDEO; Iussit Dñs fieri quod ipse fecit, sed pro loco, tempore, personis: ea enim est vis affirmatiuorum præceptorum. Et sine dubio non iussit Sacramentum dispensari in uitis, aut indignis. Quare si forte nulli sint, qui velint, aut possint communicare; non tenemur Sacramentum ministrare, nec tamen ideò prohibemur à celebratione cessare.

DICES; Silicet diuidere actiones, quas Dominus exemplo suo coniunxit, & Sacramentum aliquando consecrare, & nemini ministrare: licebit etiam consecrare, vel ministrare, & non sumere. RESPONDEO; Non est eadem ratio omnium illarum actionum. Nam consecratio & consummatio, de essentia sacrificij sunt, ideò nullo modo possunt omitti: at dispensatio, nec est de essentia, nec de integritate, sed solum affirmatio Domini præcepto necessaria; & ideò facienda quidem est, sed pro loco & tempore, vt diximus.

SECVND A obiectio. Apostolorū Synaxis describitur Act. 2. per fractionem panis; ergo distributio, & dispensatio Sacramenti fuit in vsu primitiua Ecclesiæ in celebratione Cœnæ Domini.

RESPONDEO; Nihil verius dici potest: sed non inde sequitur non posse unquam sacrificium sine dispensatione offerri. Nam & apud nos in templis omnibus celebratur Synaxis cum dispensatione Sacramenti, & tamen nō ideò damnantur sacra, quæ in priuatis oratoriis, vel facellis sine tali dispensatione celebrantur.

TERTIA obiectio. B. Paulus 1. Cor. 10. describens ritum Cœnae Dñi, apertè scribit, corpus Domini communicari, & distribui fidelibus, & fideles participes esse mensæ Domini, non spectando vnum manducantem, sed manducando.

Cccc 3 RESPO-

RE^PO^ND^EO; Apostolus eo loco non describit ritu
næ Domini, vt declareret quid sit ipsa celebratio huiusq
rij, vel in quo præcipue consistat, sed tantum ut ostendat
qui Eucharistiam sumunt, participes esse mensæ Domini
socios Christi fieri: quemadmodum sunt socij demorum
& participes sunt altaris idolorum qui scienter manducant
idolothyta. Ex quo non sequitur, Missam sine Communione
populi esse illicitam, vel eos, qui Missæ interfundunt, & nō con
municant, nihil utilitatis capere. Nam ista affirmans pro
positio verissima est, & ex Paulo colligitur, Qui re ipsa Eucha
ristiam manducat, cum Christo coniungitur: ista autem non
falsa est, nec habetur in Paulo; Qui non sumit re ipsa Eucha
ristiam, sed solo voto ac desiderio, nullo modo cum Christo
coniungitur, aut frustra interest sacrificio.

QUARTA obiectio. Apostolus i. Cor. ii. opponit inco
Dominicam Cœnam; & priuatam Cœnam; & quidem
confirmet, ubi priuata Cœna agitur, ibi non posse Domini
Cœnam celebrari. Definit autem priuatam Cœnam, ubi
priuatum, quod Cœna Dominicæ est, manducat, & non
cupat non simul participantibus aliis: & dicit non debere
esse, ac si instrueretur talis cœna, ubi unus saturatus, &
verò cogeretur esurire. *Hic certè locus tanquam falsus*,
quit Kemnitius, *prosternit priuatas Pontificiorum Mysteri
quibus solus sacerdos celebrans Sacramentaliter commun
Eclarissima est Chrysostomi sententia in illum Pauli de
Quod Dominicum est, priuatum fecerunt; Cœna enim Domini*
debet esse communis, &c.

RE^PO^ND^EO PRIMVM; cùm Paulus opponit Cœnam
Domini cœnæ priuatae, non loquitur de Eucharistia, sed
coniuvio, quod in Ecclesia olim in pauperū refrigerium se
solebat: quod coniuvium vocat Cœnam Domini, vt Chrys
ostomus interpretatur, quia siebat ad repræsentandam Cœ
nam Domini ultimam cum discipulis; & etiam quia fiebat
loco sacro, & denique quia coniungebatur cum Eucharistia
communicatione. Quod autem per Cœnam Domini in
ligatur coniuvium illud, perspicuum est ex illis verbis: *Si
esurit, alius autem ebrius est*. Non enim in communicando
Eucharistia poterat esuries, aut ebrietas inueniri, cum la
cibus mentis, non ventris. Deinde idem patet, ex propria
Pauli. Vult enim ipse (Chrysostomo, & omnibus aliis expone
tur)

tibus) Corinthios reprehendere, quod non amplius conuiua illa faciant, sicut oportet, sed diuites seorsim & laute conuiuentur, pauperes autem etiam seorsim, & vix ad satietatem reficiantur: hunc autem abusum reprehendit illis verbis: *Iam non est Dominicam Cœnam māducare; Non quisq; enim suam cœnam prāsumit, &c.* Hoc est; Vesta ista conuiua, ut nunc celebrantur, non repräsentant amplius Cœnam Dominicā. Dominus enim simul cum discipulis in eadem mensa accubuit, etiamsi ipse Dominus, illi serui essent; vos autem fratres vestros, quod pauperes sint, à mensa vestra excluditis, &c. Quæ omnia ad conuiua illa pertinent, non ad Eucharistiam: nam quod attinet ad Eucharistiam, omnes æquè sobriè, & æquè laute epulabantur, cum omnibus daretur corpus Dominicū in modica specie panis. Itaque totum argumentum Kemnitij in æquiuocatione laborat.

S E C U N D O, etiamsi B. Paulus de Eucharistia loqueretur, cum cœnā communem priuatæ opponit, vt Theodoreus, & aliqui alij veterū probabiliter docēt: nihil inde colligi posset pro aduersariis. Paulus em̄ reprehendit cœnā priuatam, à qua excluduntur alij, non ad quā non coguntur. Porro Missæ nostræ non excludunt cōmunicantes; immo vt Concilium Tridentinum affirmat sess. 22. can. 6. optat Ecclesia, vt in singulis Missis, qui adstant, communicent; sed si nulli sunt qui cōmunicare velint, nulla culpa est sacerdotis, nec potest reprehēdi, quasi solus participare velit Cœnam Dominicam.

Q V I N T A obiectio. In veteri Ecclesia semper in actione Cœnæ Dñi siebat distributio Sacramenti, vt patet ex descriptione omnium Liturgiarum, quæ apud Patres exstant.

R E S P O N D E O; Contrarium colligitur ex tam multis exemplis, quæ nos suprà attulimus. Porro in Liturgiis fit mentio distributionis: quia vt diximus, semper fieri potest, ac debet Sacramenti distributio in Missa, eorum sacerdotum, qui cum animarum ex officio gerunt, si sint aliqui parati ad cōmunicandum. Sed non ideo cessandum est a sacrificio, si nulli sint, qui communicare velint.

S E X T A obiectio. Commentum, quod celebratio Cœnæ Dominicæ pro sit illis, qui non cōmunicant, sed tantum intersunt, & audiunt, & cum deuotione spectant quod sacerdos agit: nō tantum ignotū est antiquitati, sed seriō, & grauiter à

Cccc 4 veteri-

vereribus reprehenditur. C H R Y S O T O M V S hom. in ad Ephes. Frustrà, inquit, habetur oblatio quotidiana, cu mo sit, qui simul participet. Et infra: Quisquis mysteriorum fôrs non est, impudens, & improbus adfstat. Et rursum: inquit, ad conuiuum vocatus, manus quidem lauera cubuerit, & tamen nihil ciborum gustauerit, nonne infatu tumeliam conuiuatorî à quo fuerat vocatus? annô satagit, cum quia talis est, prorsus non comparuisse? Andis, subiug. Kemnitius, non Verba, sed fulmina cōtra Pontificiam p̄fessionem de spectaculo priuatarum Missarum.

R E S P O N D E O ; Veteribus non fuisse incognitum sustendi Missæ sacrificio, & tamen in iis non communicare. Sacramentaliter, perspicuum est ex Concilio Agathensi te M. annos celebrato. Nam can. 18. iubentur omnes laici tem ter in anno communicare, in Natali, Pascha, & Pentecoste: & tamen can. 47. iubentur iidem laici singulis diebus minicis Missæ interesse, idque vsq; ad sacerdotis benedictionem, quæ datur in fine Missæ. Præterea non dubitate reverentiam prodeste adstantibus, licet non communicantur. Tissimum est ex iis, quæ supra diximus de Missis pro defunctis & pro qualibet necessitate. Si enim Missa prodest defunctis, ut omnes Patres vno ore fatentur, necnon viuentibus astantibus, egrotis, iter facientibus, immò etiam infidelibus, hereticis, quanto magis proderit fidelibus præsentibus, & votu, ac desiderio offerentibus?

Ad locum Chrysostomi dico, illa verba: *Frustra fructio quotidiana*, non significare absolute oblationem fructificari, sed frustra quatenus ordinatur ad Communione. Nam cùm celebratio Missæ partim ordinetur ad facilitatem Deo offerendum, partim ad populum sacro illo pane recipiendum: cùm nulli sunt, qui communicent, frustra sic, quoniam ordinatur ad posteriorem finem, sed non fit fructus contenus ordinatur ad finem priorem. Itaque Chrysostomus tiam si dicat frustra fieri, non tamen propterea omnino quotidie sacrificare: quod certè fecisset, si absolute fructificari existimasset.

Ad illud autem quod Chrysostomus dicit, melius efficietur interesse sacrificio, quam interesse, & non communione dico Chrysostomum, ut quedam alia, per excessum ita efficiuntur, cùm solùm horrari cuperet homines ad frequenter.

dignè communicandum. Nam quia videbat excusare se homines à Communione, quòd se indignos, & imparatos dicerent, ipse animaduertens negligentiam, & desidiam totius illius damni caussam esse, vehementer illos arguit, ac dicit, indignos etiam esse, qui simul cum ceteris orent, immò dignos, qui ab Ecclesia eiificantur tempore sacrificij, quomodo eiificantur p̄c̄nitentes, & Catechumeni; & melius facturos si non venirent; & alia id genus, quæ certum est, dicta esse amplificandi gratia. Simile est, quod ait Apostolus 1. Cor. 6. *Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad iudicandum.* Non enim reuera iubet B. Paulus, vt contemptibiles iudices constiuantur: sed ita loquitur, quia cuperet in Ecclesia nullas esse lites, aut tam sapientes, & bonos esse omnes Christianos, vt etiam minimi sufficerent ad diiudicandas temporales controversias.

Porrò Chrysostomum nou fuisse in ea sententia, vt putaret nihil prodesse sacrificium iis, qui adsunt, & non communicant, dubitari non potest; tum extam multis locis supra citatis, vbi scribit sacrificium prodesse defunctis, & viuentibus absentibus; tum etiam ex homil. 3. de incomprehensibili natura Dei: vbi grauiter reprehendit auditores suos, quod finita concione recederent, & sacrificio non interessent. Vbi nihil de Communione dicit, cùm tamē scirer plurimos non communicare nisi rarissimè; sed tātū hortatur ut maneant, & simul orent, ac spectent Christum, qui in mysteriis se ostendit.

SEPTIMA obiectio. In veteri Ecclesia prohibitas fuisse Missas priuatas, in quibus solus sacerdos communicat, testatur Chrysostomus homil. 18. in 2. ad Corin. vbi scribit, in celebrazione Eucharistiæ non fieri, sicut fiebat in Testamento veteri, vbi solus sacerdos quedam comedebat.

R E S P O N D E O; Chrysostomus eo loco in eo solum ponit discrimen inter sacrificia Testamenti veteris & noui, quod in illis, aut solus sacerdos edebat victimas, aut ipse maiorem partem, populus minorē obtinebat ex immolatis: in his autem totam victimam sacerdos, & totam populus edat, idem videlicet, & integrum Christi corpus, & sanguinem. Sed nihil hoc facit contra Missas priuatas: quod enim nunc s̄æpe sacerdos solus victimam edat, non est culpa sacerdotum, aut natura sacrificij, sed populi negligentia.

O C T A V A obiectio. Canon decimus Apostolorum iubet

Cccc 5 excom-

excommunicati eos, qui non permanent in Ecclesia, vñ
Missa peragitur, & non accipiunt sanctam Communio
atque hic canon renouatur in Concilio Antiocheno, c.
existat etiam decretum A N A C L E T I in epist. i. & apud Gra
num, can. Peracta, de consecrat. dist. 2. Peracta consecratio
omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carceri
nibus: sic enim, E S Apostoli statuerunt, E S sancta Romana
ner Ecclesia. Ergo prohibitæ tunc erant Missæ priuatae.

Respondeo; P R I M V M isti canones iubent, vt fideles
municent in Missa; sed non prohibent sacerdoti sacrificare
populus non adsit, aut communicare nolit. D E INDE
Apostolorum ita explicatur in Concilio Antiocheno, c.
telligamus non damnari eos, qui absolvè non communi
cant, sed eos, qui certa de causa, nimis ob aliquam fa
stitionem, aut prauam opinionem auersantur sacram Co
munionem. Decretum autem Anacleti, si epistola circu
latur, & non solùm fragmentum, quod est apud Gratianum
solos obligat clericos Episcopo in diebus solennibus
canti solenniter ministrantes: quo circa si die aliquo
lenni, aut sine aliorum clericorum solenni ministerio
crificet, non cogitur ex hoc decreto Communionem.
D E N I Q U E certum est, decreta ista, quæ sine dubio no
ni, sed humani iuris erant, si ad populum pertineban
gressu temporis abrogata fuisse; constatenim tempore
brosij, & Chrysostomi, vt suprà citauimus, Græcos an
postannum communicare solitos esse.

N O N A objectio. Humbertus contra Nicetam scripsi
perfectam esse Missam, in qua non simul sit consecratio
sacrificatio, seu distributio, & communicatio: & VV Alfridus in li
rebus Eccles. cap. 22. similiter docet illam esse legitimam
sam, in qua adiungunt sacerdos, respondens, offerentes, dis
municantes. Ad idem citantur duo decreta, vnum Som
pæ apud Gratianum, can. Hoc quoque de consecratio
rum Concilij Nannensis apud Iuonem p. 3. decreui, ca

R E S P O N D E O ; Si Missa præcisè accipiatur pro fac
perfectam, & legitimam esse constat, etiam sine com
munitib; modo sacrificium à sacerdote consummatum
tamen, vt diximus, Missæ celebratio nō solùm ad sacer
Deo offerendū, sed etiam ad populum nutritum sacer
pabulo ordinatur; pròpterea ex hac parte negari non po

quin sit magis perfecta, & legitima Missa, vbi communicantes adsunt, quam vbi desunt, & hoc solum volunt auctores citati. Porro decreta illa Papæ Soteris, & Concilij Nannetensis ad rem nō pertinent: non enim iubent, ut adsint qui communicent; sed tantum ut adsint, qui sacerdoti respondeant. Vbi obiter N O T A N D V M est mendacium Kemnitij: scribit enim Kemnitius, Conciliū illud ridiculum iudicasse, muris, & parietibus à sacerdote insuffrari, quæ ad populum pertinent. At Concilium non meminit populi, sed iubet, ut saltē vnum adsit, qui respondeat in Missa, ne videatur sacerdos parietibus dicere: *Dominus vobiscum;* & *Orate fratres.*

D E C I M A obiectio. Ludibria sunt, quod in Missa, in qua nulli communicant, dicat sacerdos: *Quotquot ex hac altaris participatione sumperimus. & Sacraenta, que sumpsimus.* Item, quod hostia frangatur: fractio enim ad distribuendum ordinatur, ut Augustinus docet in epist. 59. ad Paulinum.

R E S P O N D E O; Illa verba dicuntur in numero multitudinis, tum propter presentes communicantes, si qui adsint; tum etiam propter eos, qui alibi communicant: cum enim vnum corpus sumus, non solum presentes, sed etiam absentes pro omnibus oramus. Simile est in oratione Dominica, quā quisque potest etiam solus in suo cubiculo recitare, & tamen ita composta est, ac si dicenda esset solum à multitudine congregata.

Quod attinet ad fractionem, ea non solum ad distribuendum, sed etiam ad significandum ordinatur. nam in Missa Chrysostomi fit confractio in quatuor partes in modum crucis, & vna ex illis particulis in calicem immittitur cum certa verborum recitatione: ut etiam Latini faciunt. Quare Kemnitius cum cæremoniam fractionis ludibriū appellat, & appetere irridet; antiquam, & veram Ecclesiam, Græcam, & Latinam irridet. Atq; haec tenus de obiectionibus Kemnitij.

V N D E C I M A obiectio, est Ioannis Brentij in Confessione Virtembergensi, cap. de Eucharistia: vbi praeter ea, quæ illi sunt communia cum Kemnitio, facit hoc argumentum: *Christus instituit Cenam suam, non ut esset priuata actio sacrificiali, sed communio totius Ecclesiae: non igitur licet sunt priuata illa Missa, in quibus sacerdos sibi soli legit Verba Cene, & Eu-*charistiam consecrat.

R E S P O N D E O; Missa Catholicorum nunquam est priuata actio sacerdotis, sed semper est communio toti Ecclesiae, quia à communi

communi ministro pro communi omniū utilitate officio
proinde semper est in Missa communio Ecclesiae, si per
unionem intelligas fructum communem sacrificij. Q
si per communionem intelligas Eucharistiae mandatum
nem: fatemur Christum instituisse Cœnam, ut esset simile
sacrificium, & communio, sed non iussisse ut illa duo nō
separarentur, quasi non possit Deo sacrificium offerri, quia
dō nulli adfunt, qui communicare velint.

De VerO DicituRis Contra Iudeus Contra Heresis) obiectio, est Philippi in Apologia Confessio
nis Augustanæ in articulo de Missa, vbi producit epistolam
quandā S. Francisci ad omnes fratres suos, in qua iubet manu
tantum Missam uno in loco celebrari, etiam plures
sacerdotes.

Respondet Ioannes Eckius in Enchiridio, epistola illa
non agnosci à fratribus Ordinis Minorum, pro vera S. Fran
sci epistola. Addit præterea, auctorem illius epistola locu
lum de feria V. in Cœna Domini, non de aliis diebus, & cum
epistola illa de quo quis die loqueretur, falsum apertum in
tineret. Scribit enim auctor epistole, secundum usum Rua
nae Ecclesiæ vnicam Missam duntaxat uno in loco celebrari.
At Honorius Papa III. qui sedit Romæ tempore S. Francisci
cap. Cùm creatura, de celebratione Missarū, iubet non
anniversaria sacra pro defunctis, ob festum, vel feriam
rentem, sed utraque sacra eodem die celebrari.

VerLetTerIma obiectio est aliorum, quam recitat Eckius
BASILIO in Psalm. 115. prope finem, vbi dicit: Non in loco
delitescens sacrificabo, sed publicum exhibeo tibi sacrificium.
Et infra dicit, unum esse altare Ecclesiæ. Et confirmatur eti
ronymo in cap. 3. Amos, vbi dicit unum esse altare in Ecclesie.

Respondet recte Eckius, Basiliū persacrificium do
cultum intelligere sacrificium schismatistarum, qui se ab Ec
clesia segregant, & in suis conuenticulis sacrificia offerre
sumunt. & ideo etiam unum altare agnoscere, id est, unum
cerdotium, unum ritum, &c. Nam subiungit ibidem Basiliū
LIVS: Audite qui Ecclesiam relinquit, & in publica domi
bus versati, miseris faciis corporis preciosissimis scissuras. Erigit
Tu aram erigis ex aduerso altaris tibi a Patribus confon
quemadmodum etiam Augustinus, Optatus, Cyprianus, &
alij passim schismaticos describunt, cùm dicunt, quod
erigere altare contra altare. Hieronymus quoque distingu

vnum altare Ecclesiæ à multis altaribus hæreticorum, quia vt ipse dicit, tot habent altaria, quot schismata. Alioqui multa fuissè in Ecclesia altaria materialia, suprà ostendimus ex Ambroso, Gregorio, & aliis: vnde Tertullianus in lib. de pœnitentia, ponit inter alias pœnitentium cæremonias, aris Dei aggeniculari.

CAPUT XI.

De genere linguae.

SEQUITVR controversia de genere linguae, an sci-
licet necessarium sit Missam vulgari lingua reci-
tari: id enim contendunt aduersarij, & maximè
Kemnitius in 2. par. Examinis, pag. 88; & seq. Sed
istam quæstionem maxima ex parte tractauimus partim lib.
2. de verbo Dei, extremo, partim lib. 2. de Sacramentis in ge-
nere, extremo. Nam tria quædam ad Missam pertinent. P R I-
M O, lectio Scripturarum, & publica oratio. S E C V N D O, Sa-
cramenti Eucharistiae consecratio, & dispensatio. T E R T I O,
sacrificij oblatio. De lectione, & oratione differuimus in lib.
de verbo Dei, loco citato. De Sacramenti consecratione, &
dispensatione tractatum est in libris de Sacramentis in gene-
re, vt iam diximus: solum igitur superest disputatio de ipsa sa-
crificij oblatione.

Sed ea facillima est: nam IN PRIMIS sacrificij oblatio magis in re, quam in verbis consistit. Nam, vt supra diximus, illa actio, qua corpus Domini super altare ponitur ad Dei honorem, vera, ac realis oblatio est, etiam si verbis non dicatur, Offero, vel offerimus. Porro illa actio verba quidem aliqua necessariò requirit, nimirum verba consecrationis: sed illa verba non diriguntur ad instruendos auditores, sed ad elementum consecrandum, vt notum est. Elementum autem nullam linguam intelligit; quare impertinens est ad realem oblationem, vtrum Missa dicatur lingua vulgari, vel non vulgari.

S E C V N D O, licet oblatio ipsa necessariò verbis exprimen-
da esset, vt iam reipsa in Missa exprimitur, tamen adhuc im-
pertinens esset, qua lingua id fieret; siquidem oblationis ver-
ba diriguntur ad Deum, nō ad populum: Deus autem omnes
linguas intelligit.

T E R T I O, verba oblationis submissa voce pronuncianda
sunt, vt in sequenti capite demonstrabimus: nō igitur necesse
est,